

161. WALTHERIA *Melochioides* flore luteo aggregato pentandro monogyno.

162. DIOSCOREA scandens, foliis cordatis alternis, caule levi, calyce cyathiformi sexdentato.

Folia cordata, acuminata, integerrima.

PER. *Capsula* oblonga, trigona: angulis compressis.

SEM. alata, in singulo loculo dua.

163. MASTRANZO floribus verticillato-capitatis sessilibus parvis albis.

Folia rugosa.

CAL. patentiores, strigosiores, tubulati.

164. PHASEOLUS parvus erectus herbaceus. *Caulis* tener, filiformis.

Folia ternata, linearia. *Flores* spicati, terminalis, eleganter coccineo-rosei. *Ale* maximæ, rectæ. *Carina* inflexa.

XXV. 165. BIGNONIA arborea scandens, foliis pinnatis glabris, siliquis longissimis planis linearibus.

Semina sursum imbricata sunt simplici serie.

166. SIDA flore albo erecto longo. *Folia* cordata. *Rami* erecti.

167. CECROPIA. Collotapalus. Brown. jam. III. Yagramo vulgo, des blad áro maten, som Brady-pus áter.

Folia pauca, alterna ad summittates ramorum. *Stipulae* interfoliaceæ ut in Ficu, latere folio adverso s. opposto dehiscentes, marginibus obvolutis s. imbricatis, mox caducæ.

Flores Masc. & Femin. in distinctis arboribus.

* Masc. pedunculis geminis ex axillis foliorum, sed intra ipsam stipulam h. e. *Stipula* interposita inter axillam foli. *Pedunculus* teretibus, spithamalibus, subpendulis, singulis spatham apice gerentibus.

CAL.